

SCRIPTA

Numéro Scripta : 1547

Autre(s) référence(s) : Fauroux 103 / Tabuteau 184 / ARTEM 2696

Auteur(s) : Hugues de la Ferté [particulier]

Bénéficiaire(s) : Sigy-en-Bray, Saint-Martin, dépendance Saint-Ouen de Rouen (prieuré)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1037-1045]

Action juridique : fondation

Langue du texte : latin

Analyse

Guillaume le Bâtard souscrit la charte par laquelle Hugues de la Ferté édifie l'abbaye de Sigy et lui donne Saint-Martin, Béthencourt, une charruée à « Frettecuisse » et le pré du « Homme », quarante acres à mettre en vigne sur le mont de « Cauvicourt », la forêt comprise entre la route de Rouen et la limite de la forêt de Gausfredus et de Warnerius, l'église d'Argueil, celle de Fry avec une charruée, cinq manses et dix cottarii, à Mésangueville une charruée, cinq manses, l'église de Saint-Samson et Saint-Pierre, l'église du château et celle de la Sainte-Trinité hors du château, l'église Notre-Dame de Câtillon, l'église de Saumont[-la-Poterie], l'église Notre-Dame de Gaillefontaine, l'église de Beaussault et le gourd de Poses, un pêcheur et sa terre à Pont-de-l'Arche, l'église de Boissay et les foires de Saint-Martin, Saint-Michel et Sainte-Marguerite, l'église d'Auberville, trois alleutiers, enfin la dîme des biens de toute espèce du domaine du fondateur.

Hugues de la Ferté soumet la nouvelle abbaye à la juridiction de Saint-Ouen de Rouen.

Tableau de la tradition

Original

A. Rouen, Archives départementales de Seine-Maritime, 14 H 829 (1).

Éditions principales

a. Pommeraye Jean-François, *Histoire de l'abbaye royale de Saint-Ouen de Rouen*, Rouen, Lallemand, 1662, p. 460-461.

b. Achery Luc d', Baluze Étienne, La Barre Louis-François-Joseph de, Martène Edmond, *Spicilegium, sive Collectio veterum aliquot scriptorum qui in Galliae bibliothecis delituerant, Nova Editio*, Paris, Montalant, 1723, 3 vol., t. 3, p. 400.

c. Gurney Daniel, *The Records of the House of Gournay Compiled from Original Documents*, Londres, Nichols, 1848-1858, 4 vol., t. 1, p. 32, appendice II, n° 1 ; p. 33, n° 2.

d. Delisle Léopold, *Histoire du château et des sires de Saint-Sauveur-le-Vicomte*, Valognes, Martin, 1867, pièces justificatives, p. 18, n° 15 (extrait).

e. Piolin Paul, Sainte-marthe Denis de, *Gallia Christiana in provincias ecclesiasticas distributa, t. XI*, Paris, Palmé, 1874, Instrumenta, col. 12, n° 8.

f. Fauroux Marie, *Recueil des actes des ducs de Normandie de 911 à 1066*, Caen, Caron (MSAN ; 36), 1961, n° 103, p. 260-262.

Dissertation critique

1037 - 1045 env. Cet acte est souscrit par Mauger, archevêque de Rouen (1037-1055) et par Guillaume « magister comitis », pédagogue de Guillaume le Bâtard. On peut penser que le duc était encore un adreſcent au moment de la délivrance de l'acte (FAUROUX, p. 260).

Texte établi d'après f

Quoniam vita mortalium in hoc mundo admodum brevi intercluditur spatio, et antecessores nostri corporum indumentis exuti verissimis hoc approbant argumentis, oportet nos eorum adhuc superstites ultimam resolutionis in clementiam cum omni cautela providere, et qualiter in divinæ majestatis presentia veniam consequamur subtiliter pertractare. Sanctorum patrum auctoritate docemur, quod hæc activæ moralitatis vita ad contemplativam celsitudinem sit quasi quoddam ascensionis adminiculum, et ideo bona transitoria nobis divinæ largitatis dono conceduntur, ut æterna vereque manentia Deo reddentes, vicissitudinem per caritatis offitium mercemur. Quapropter ego Hugo dominicis preceptis salubriter admonitus, in nomine sanctæ et individuæ Trinitatis, in honore sanctorum confessorum MARTINI et VVLGANII, abbatiam construxi in loco qui dicitur SIGGEI et ea quæ subscripta sunt donavi, et tradidi inibi terram Sancti Martini, et duo molendina, et ecclesias subscriptas cum earum presentationibus, villam etiam totam quæ dicitur Betuncurt, apud Fractam Coxam terram unius carrucæ et pratium de Hulmo, in Monte de Calvincurt .XL. agros ad vineam faciendam, silvam etiam quæ incipit a via Rotomagensi usque ad divisionem silvæ Gausfredi et Warnerii, æcclesiam de Orgoil, æcclesiam de Friggei, et in ipsa villa terram unius carrucæ, et unum mansum et decem cottarios, in Musengevilla terram unius carrucæ, et .V. mansos, æcclesiam Sancti Samsonis et Sancti Petri, æcclesiam in castro et æcclesiam Sanctæ Trinitatis extra castrum, æcclesiam beatæ Virginis Mariæ de Castillon, æcclesiam etiam de Seivualtmont cum terra presbiteri et Baldrici beneficium ; æcclesiam Sanctæ Mariæ de Goislen Fontana cum terra presbiteri, terram etiam Warnerii, et molendinum unum cum terra unius carrucæ ad hæc æcclesiam de Belsas, et .XXX. agros, e les gorz de Poses, et piscatorem unum cum terra sua ad Pont des Arches, preterea æcclesiam Bilcei et feiram Sancti Martini, feiram etiam Sancti Michahelis et feiram Sanctæ Margaritæ, et ecclesiam de Osbervilla, et tres alodeirs et Odfridum cum Goscelino et Drogolino, terram etiam Roberti Lemanc, et terram Ricardi Leavugli, ad ultimum vero decimationem silvarum mearum, molendinorum, denariorum, equorum, vaccarum, porcorum et ovium, caseorum et piscium, et ut breviter concludam totius possessionis meæ decimationem.

Hæc, inquam, pro remedio animæ meæ, patris etiam et matris meæ ad supradictum locum dedi, eo rationis tenore ut sine contradictionis molestia ea perpetualiter habeant et hereditaria lege possideant ibi Deo servientes, et sanctis ejus confessoribus, MARTINO scilicet, et WLGANIO. Hujus et enim concessionis rationem tali auctoritate firmavi, ut quicumque ea manu contradictoria vel violenta declinare presumpserit, perpetuæ dampnationis ultioni subjaceat. Quam abbatiam sub jure jurando Sancto Petro apostolo Sanctoque AUDOENO tradidi jure hereditario possidendam, ut moriente abbate per succedentia tempora exinde eidem loco subrogetur.

+ Signum Hugonis hujus donativi auctoris. Ego Malgerus, gratia Dei Rotomagensis æcclesiæ archiepiscopus hoc + signo istud donativum confirmo. + Ego quoque Nicholas, Deo miserante, abbas institutus hoc idem confirmo non dissimili signo. + Hugonis indigni archidiaconi signum. + Signum Willelmi comitis filii Roberti gloriosissimi ducis Normannorum. + Signum Willelmi magistri comitis. + Signum Nigelli vice comitis. + Signum Goisfridi vice comitis. Signum Rodulfi Taisson .